

## Bexta etas mūdi

**D**onus papa. p̄ia romanus. p̄ie mauricio. eo tpe pontificatū inijt q̄ Bri-  
moaldus longobardoz rex morit̄. quo q̄dem anno maximi imbres fue-  
re ⁊ multi fulmibus afflati iteriere. ⁊ frumēta in agris emarcuere. Un̄ ob hoc  
pontificatū in maximis turbibus suscepit. fuit aut̄ sanctitate vite ⁊ doctrina  
valens. vt cleruz diuersis ordinibus distinxit. ⁊ honoribus auxit. Monachos  
vero quosdā syros cū nestorianis sentientes in monasterio boeciano dephē-  
sos ⁊ castigatos in varia monasteria diuisit. p̄terea rauēnatem ecciam a roma-  
na iam pridem segregatā ⁊ ob eam rem aliocephalim appellatā sedi apostoli-  
ce obtpantem reddiderit. Hic insup honori ⁊ cultui diuino psulens vestibulus  
sancti petri (quod paradisum vocant) quadripartitū marmorib⁹ strauit. Instau-  
rauit p̄terea. ⁊ restitutas dedicauit ecciam apostoloruz via hostiensi. Et ecciam  
beate euphemie via appia sitam. At donus pontificatus sui anno. v. mēse. v.  
die. x. morit̄ ac sepelitur ad basilicam Petri apostoli tercio ydus aprilis. Cui⁹  
in morte episcopat⁹ vacat mensibus duobus. dies sedecim.

Anno mūdi. 5863. Anno xp̄i. 664.

**A**gatho primus papa natione siculus. p̄ie romano ex monacho pontifex  
creat̄. Vir certe tante sanctitatis vt leprosum obuitū factū osculo suo sta-  
tim liberauerit. Tante p̄terea mansuetudinis ⁊ humanitatis fuit. vt nēminem  
ab se vnq̄ tristem dimiserit. Nactus itaq̄ impatorem moribus suis hau d qua  
q̄ dissimilē. monochelitarū causa cōciliū apud cōstantinopolim habere consti-  
tuit. Expectauit itaq̄ donec constantinus a bello in p̄iam rediret q̄ sarracenos  
a se victos imperio romano vectigales reddidit. Inde legatos statim constan-  
tinopolim mittit Joannē portuensem ep̄m ⁊ Joannē romane eccie dyaconē.  
Hos p̄ benigne susceptos mira caritate p̄stantinus adhortatus ē. vt omīssis ca-  
uillationibus ⁊ sophisticis altercationibus. ex equo ⁊ bono omī controuersia  
sublata duas eccias vnā tandem facerent. agatho vero cui⁹ tpe post solis ⁊ lune  
eclipsim peste ac grauissima quidem laboratum est. pontificatus sui anno secū-  
do. mēse sexto. die quindecimo moritur. ac sepelit̄ ad sanctum petrū quar-  
to ydus Januarij. Cui⁹ morte annū vnū. menses. v. sedes tum vacat.

**L**eo eius nomis secūsus papa. natione siculus. p̄ie paulo vir doctissimus  
fuit. latine ac grece vt eius scripta indicāt. P̄terea v̄o adeo musice pit⁹  
est habitus. vt psalmodiā cōposuerit. hymnosq̄ ad meliorē cōcentum redege-  
rit. Idem quoq̄ instituit vt in celebratione pax populo daretur. Sextā v̄o sy-  
nodum ita suscepit vt eosdē anathematisauerit quos sancta synodus p̄sente cō-  
stantino damnauerat. Concessitq̄ necessitate urgente omni die baptizari debe-  
re. Instituit p̄terea ne ad archiep̄atum assumptus pro vsu pallij aliorūue offi-  
cioz quicq̄ eccie psolueret. qd̄ vtinā hodie obſuaret. Cū ex hac largitione q̄ti-  
die mala oriantur. At leo in quo p̄ter doctrinā ⁊ eloquētiaz singularis religio.  
mira pietas ⁊ clementia fuit. pontificatus sui mēse decimo moritur. sepelitur-  
q̄ collacrimātibus omibus tanq̄ publico parente orbat̄ ad basilicam Petri.  
quarto kal. Julij. post eius mortem mensibus. xj. diebus. 21. ep̄atus vacat.

Anno mūdi. 5883. Anno xp̄i. 684.

**B**enedictus iunior siue secūsus papa. patria romanus. patre Joanne. ab  
vineunte etate xp̄o militans. diuine scripture ita operā dedit. vt doctrina ⁊  
exercitatione in rebus diuinis tum singularis haberetur. Ob eius humanita-  
tem pietatem gratiam in omnes maxime vero erga pauperes. Quibus virtu-  
tibus hominū corda ita sibi deuinxit. vt tū vnus haberetur. qui omī suffragijs  
in locum demortui leonis merito subrogaretur. Ad hunc constantinus impera-  
tor homis sanctitate p̄motus. sanctionē misit. vt deinceps quē clerus pobulus  
exercitusq̄ romanus in pontificem delegisset. eundē statim vez xp̄i vicariū esse  
omnes crederent. balicas plures restituit maxime laurentij in luciam ac bti Va-  
lentini. Adoritur autem pontificatus sui mēse decimo. die duodecimo. sepeli-  
turq̄ apud beatū petrū ydibus Maij. qui vt omnibus vita carus fuit. ita post  
mortem ab omibus vt sanctus. ⁊ bene de humano genere meritis celebratur.  
Eius in morte sedes vacat mensibus duobus. diebus quindecim.

**J**oannes quintus papa natione syrus. patria anthiocenus. patre Cyriaco  
pontifex creatur. eo ferme tempore. quo impator cōstantinus moritur. vir  
singularis religionis ⁊ mansuetudinis atq̄ doctrine omī consensu pontifex cre-  
atus in ecclesia saluatoris que constantiniana appellatur ad lateranū. ea ratioe  
qua leo secūsus cōsecratur a tribus episcopis hostiensi portuensi ⁊ veliterno.  
Quē quidem morem posteri deinceps tenuere. Veniq̄ valitudinarius cum li-  
bellum de pallij dignitate composuisset. pontificatus sui anno primo moritur.  
Sepeliturq̄ ad. s. petrum. iij. nonas augusti. Eius in morte sedes vacat men-  
sibus duobus. diebus. xvij.

Linea summoꝝ pōtificū  
Donus



Agatho



Leo secundus



Benedictus secundus



Joannes quintus

